

ANIMADVERSIONES
IN FENNICAM BIBLIORUM SACRORUM
VERSIONEM,

QUARVM

PARTEM UNDECIMAM

APPROB. MAX. VENER. FACULT. THEOL. ABOENS.

PRAESIDE

Mag. JACOBO BONSDORFF,

*S. S. Theol. Doct. & Profesf. Publ. Director. Semin. Theolog.
Equite Imper. Ord. de S. Volodim. in IV:ta Classe,*

PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERT

ERNEST. JOH. GULDEN,

Stipend. Archenholz.

Satacundensis.

In Audit. Theol. die XVI Decembr. MDCCCXXVI.

h. a. m. c.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIORUM.

proprie quidem notat *liquefcere*, fed duplici tropo, & *evanefcendi* & *intimæ affectionis* tritum fine dubio erat. *Evanefcendi* five *contabefcendi* idea certe Deut. 20: 8. Pl. 22: 15. cet. obvenit. Sed vero hoc Jobeo loco non potest aptior tropus quam de *mifericordia* in amicum enunciari; Omnibus enim gentibus familiare eft dicere, cor velut *colliquefcere* & *contabefcere*, quum fummo affectu permoveatur animus. Talem commiferationem de amici fui luftuofiffimo ftatu etiam Eliphazus reapse initio exhibuit prætulitque, fed male ratiocinabatur, fufpicando Jobum infortunia fua variis contraxiffe occultis delictis, quæ fufpicio non potuit non veræ pietati in Deum obefce. Igitur jure queritur Jobus: *An is, qui mifericordia erga amicum fuum contabefcit, debet deferere timorem Omnipotentis* — ita fcilicet, ut fine reverentia in Deum calumnietur amicum ac falfa ei infimulet crimina? Dathe cum Schnurrero, quem etiam Gefenius fequitur, verbis Jobi hunc fenfum dat: *Afflicto* (סמל) *exhibenda eft ab amico humanitas, alioquin hic reverentiam Dei exuit.* Conjecturam J. D. Michaelis ne quidem nominare vacat. Illud vero in omni hac diverfitate interpretum, quod ad vocabulum סמל attinet, obfervandum nobis videtur, haud efte diftrahendum hoc verbum a nomine חסד, cum quo arctiffime cohæret. Atque quis eft, qui tropicam dictionem *liquefcere benignitate, laupidefia fulaa*, non percipit? Etenim alio fenfu dicitur cor *liquefcere* præ dolore — h. e. affligi, alio rurfus fenfu, *liquefcere* amore, qui affectus eft longe nobiliffimus. Et fi fcriptor voluiffet fignificare defectum *mifericordiæ*, nomen חסד utpote nominativus anteponi debuiffet, hac fyntaxi: apud quem amor erga amicum contabefcit f. *evanefcit*.

Job. 6. vers. 15. Minus apte ad textualem fenfum nofter tranftulit: *minun weljeni owat rikkonet minua was-tan*, nam בגר eft *decipere, fraudare*, quod de infideli &

duro, fidem fallente amico dicitur. Rectius ergo: *minun weljeni owat minua hyljánét, i. pettánét.*

— vers. 16. De torrentibus, multa nive auctis & turbidis, commode dicitur - יתעלם *demittit se* in eos cum impetu *nix*, ipsique sunt קררים *atri*, turbidi. Nescimus vero utrum bene id exprimatur in Fennica versione: *jotka owat kauhiat jááfiá.* Melius fortassis — *sakiat.*

— vers. 18. Translatio: *Heidán polkunsa poikkewat pois,* nullum, saltem textui non convenientem fundit sensum; Etenim non animadvertit interpres, Lutheri inhærens vestigiis, nomen ארדות Metonymice denotare *complexum hominum peregrinantium*, peregrinatores (*caravaner*) de quibus dici potest eos flectere cursum suum, in deserta descendere atque præ siti perire; non item de ipsis viis. Rite Aurivill. Tingstad vertunt: *Resande kröka fina vägar* — & similiter erit Fennice: *Matkustawaiset poispoikkewat heidán polwustansa.*

— vers. 19. Perperam quoque hic vernaculus habet: *He katsoit Themanin tietä; Rikkan Arabian polkuja he toivoit.* De peregrinantibus Theman & Arabiae (Saba), frustra sub itinere in deserto rivorum copiam expectantibus, sermo est manifestus. Igitur approbantibus recentioris ævi omnibus Interpretibus textum ita transferimus nostro sermone: *Themanin matkustawaiset katsowat niihin; Rikkan Arabian matkamiehet toiwowat niistä.*

— vers. 21. Dubius & suspectus utique est Malorethicus textus, אֵל exhibens in Chetib sine commodo sensu, licet vel maxime nonnullis placuerit, illud ipsum non quidem tanquam particulam negativam, sed utpote nomen *nihil, nullius pretii* explicare. Ita omnino Schultensius, Dathé, Moldenhauer, Aurivill. in Svec. nova Metaphrasi, cet. in *nihilum estis*, abitis — *Så ären ock I nu till ingen hjälp*; Fennicus habet: *Sillá et te nyt mitán ole.* Interim tamen, quum observante Clerico & Michaëlis, insveta
ad.

admodum, & vix probanda sit hæc syntaxis, *vos estis nihil pro: nullo auxilio mihi, in primis vero quum in ipsa particula כִּי ita profecto* (vid. Psalm. I: 2) atque in præcedenti imagine jam applicationis & demonstrationis vis lateat: *ita*, scilicet quemadmodum torrentes fallaces — *vos estis* mihi, in me: quum porro plerique antiqui interpretes, fatente Dathio, præter Chaldaum paraphr. legerint *כי mihi*, eique similem lectionem adoptaverint Codices Msc. Occidentales, & Malorethæ ipsi, lectionem *כי* notantes in margine, quam Joh. Dav. Michaëlis non dubitavit in textum recipere; consequitur ergo, veritatem esse ab antiquiorum partibus, lectionemque Keri *כי* inde fortassis enatam, sed in *כי* permutandam, optimum præbere sensum: *profecto, (similiter) jam vos (amici) estis mihi (scilicet fallaces), videtis miseriam meam & timetis.* Conferantur J. D. Michaël. Hufnagel, Doederlein, Tingstad ad h. l. *Så ären ock I för mig* —. Hac admisa lectione, Fennis vernacula prodiret metaphrasis: *Sillá niin olette te minulle; Te näette surkeuden, ja peikätte.*

— vers. 24. Hebræum *מה שגיתי* *si erravi* exprimit Jobi mentem, innocentiae consciam, qua postulat ut amici ejus demonstrent erroris suspicionem, sicubi vera esset. *Neuwokat misá miná erhetyn.* Minime vero valet quod noster cum Luthero habet: *jota en miná tiedá*, quemadmodum Vulgatus: si quid forte ignoravi.

— vers. 25. Non modo in verbo rariori *מָרַץ*, sed etiam in statu quaestionis definiendo mira est Interpretum diversitas. Antiqui, inprimis Rabbini existimarunt *fortitudinem* hoc verbo innui: *Quam fortia sunt verba rectitudinis*, Fenn, *Kuinga wahwat owat oikeuden puhet?* Sed fundamento destituitur ista notio. Contra vero præeunte Schulensio, ex Arabica Dialecto optime illustratur verbum *מָרַץ*, quod *morbo correptum esse* significat, unde *debilitari, infestari, infirmum, acrem, molestum esse; potuit*

uit ergo tam de verbis *aeribus*, s. *infestis*, quam *errantibus* commode usurpari. Contextum ergo & statum quaestionis si consulimus, vero simillimum est, *verba restitudo* non de amicis Jobi valere, per Ironiam scilicet: quæ vos recta esse putatis, quemadmodum Michaelis Eckerm Hufnag. interpretati sunt, sed de lobo, qui integritatem suam tuetur quaerendo: *num sermones (mei) veri morbidi sunt* i. e. languescentes, infani, reprehensione digni — aut secundum Dathe: in *quo nimis acres sunt sermones mei veri*, cui sententiæ parallelum est alterum membrum: *Quis vestrum me reprehendere valet?* Hanc in difficillimo loco explicandi rationem nos quoque sequentes pro Fennico *wahwat* substituimus *katkerat*, optioni tamen & iudicio sagaciorum relinquentes, utrum tota sententia hunc in modum transferri debeat: *Owatko oikeuden sanat wajawaiset?*

— vers 26 Vernaculus habet: *ja teette sanoillanne epäilewäisen mielen*; conjunxit quippe vocabula רוח & נפש, licet apertissimum sit, posterius non posse a vocabulo נפש separari, quod subjecti instar est, de quo dicitur prædicatum לרוח, in *ventum* sunt, abeunt, *verba desperati*. Ambigua tamen est significatio nominis רוח, quod magnus ille Schultensius, approbantibus Aurivillio, Cube, Tingstadio, ingeniosissime exposuit de *refrigeratione*, relaxatione, quam desperatus homo in verbis quoque durissimis sapius quaerit. Impedit vero ipsa syntaxis, quæ alium verborum ordinem eo in casu postulasset; impedit parallelismus ac orationis scopus. Queritur scilicet & taxat Jobi amicos suos, verba ejus temere reprehendentes, immo quoque ridentes ac in aërem velut projicientes. Ea enim est supinæ petulantiae ac inhumanitatis perversa ratio, ut ne quidem attendat ad singultus & verba afflicti hominis, extrema licet in animi desperatione constituti, sed contemnat eadem, in fumum agat &

& rideat. Nativus hinc oritur sensus, ut bene J. D. Michaëlis exprimit: *numne verba desperati hominis erunt instar venti, vel in ventum, in auras abibunt?* Nemo non videt interrogationem, in præcedenti hemistichio obviam, reperti quoque in altero, & ellipticum verbum substantivum respicere. Certe hæc explicatio nativæ verborum constructioni affectuque loquentis convenientior judicabitur, quam eorum, qui cum Dathio absque interrogatione Jobum existimant simpliciter fateri, in ventum, sine spe restitutionis, abire verba ejus "*in ventum abeunt dicta desperantis*". Præterquam enim quod duriusculum hoc sit interpretamentum, parallelismus quoque sententiarum: *corripere verba & in ventum projicere dicta* minime negligendus est. His suffulti argumentis hanc commendamus versionem Fennicam: *ja tuuleen heitätte epäileväisen sanoja?*

— vers. 27. Elegantissimam imaginem textus in verbo חפילו, quod suppressum spectat nomen נרל *sortem*, non assecutus est noster, transferens secundum Alexandri επιπιπτετε, Vulgatum: *super pupillum irruitis* — *Te karkatte köyhän orwon päälle*. Ita quoque Hufnagel, Cube, & Stuhlman, al. quorum non possumus penitus taxare interpretationem, quasi analogiæ linguæ contrariam; Sed vero quum elliptica hæc sit locutio, ulterius examinanda & supplenda, consilium quoque auctoris una cum grammatica forma & linguæ idiotismo penitus considerasse juvabit. Non videtur esse scopo orationis conveniens, Jobum sibi fingere aut statuere amicos suos violenter eum aut orphanos fuisse aggressos, sed respicitur sine dubio mos Orientalium, liberos & servos vendendi aut sorte fortiendi, qui mos perdurus illud multo durius secum tulit, ut orphanos venderent, super eos sortem jacerent, & crudeliter tractarent. Altera duritatis pars erat foveam alii fodere in perniciem. Idiotismus porro Hebræi sermonis

monis & grammatica constructio verbi נסל in Hiphil cum particula שׁ super, non videtur alii favere explicationi, quam *fortiri, super aliquo conjicere sortem*. Vulgo quidem nomen נסל *fors* additur, v. c. Jon. 1: 7 Psalm. 22: 19, cet. sed quoque supprimitur & subintelligitur v. c. 1 Sam. 14: 42, & hoc nostro loco. Proinde recte Dœderlein, Dache, Michaëlis, Aurivill. Tingstad. al. transferunt: *super pupillo sortem jacitis*. *J kasten lott om den faderlösa*. Fenn. erit: *Te heitätte arpa kôyhâstâ orwosta*.

— vers. 28. Particula jurandi נא plerorumque consensu transferenda est, *neuliquam, non omnino*, quia obtestatur Jobus se minime mentiri, sed vera pronuntiare. Pro vernaculo: *Jos minâ* — absque omni dubio substituendum est: *En fuingain — minâ walhettelen*.

— vers. 30. Pro duplici significato vocabuli הרה sive physici sive moralis mali, diversam quoque exhibent interpretes hujus loci explicationem. Obscurum tamen non esse putamus, quænam notio prævalere debeat. Parallelum enim nomen עילה *iniquitas* quoque docet הרה non esse ærumnas ac molestias, sed *pravitatem* ac *mali-tiam*. Cetera in hoc versu sibi invicem respondent: *lingua, palatum, & esse, discernere*. Sancte scilicet contestatur Jobus, se nihil dicere quam quod verum sit; nullam ergo esse in lingua ejus & mente s. palato iniquitatem, sed bene se discernere posse, quæ mala sint. Ad nostram ergo quod attinet metaphrasin, pro *waiwoja* ponimus *paha*.

Cap. 7: vers. 4. Quorsum tetenderint verba Jobi: *Satur sum exagitationibus usque ad diluculum, nemo dubitabit, qui probe perpenderit, illud esse morborum omnium, inprimis vero febrium & exanthematum, v. c. elephantiasis symptoma, ut insomniis vexetur animus sub fomno capiendo. Recte ergo Chaldaus interpretatur de terroribus somni, Vulgat. doloribus. Quis vero sit metaphrasæ*

phrastæ nostri scopus in verbis: *miná olen rawittu káwelly istá hamaan pimexteen asti*, haud assequimur. $\eta\omega$ de crepusculo i. nocte & tenebris cum Vulgato sumsit, quum tamen in hoc contextu post nomen *vesperæ* non possit non *diluculum* significare, adeoque nocturnæ illæ iactationes non possunt nisi de turbulentis insomniis sumi. Recte Svecus nov. cum plerisque: *jag máttas af oroligheter ánda till morgonen*. Rectius ergo Fennico pronuntiabitur idiomate: *miná olen rawittu lewottomudella hamaan aamun hetkeen asti*.

— vers. 5. Errat aliquantum vernaculus cum suis antesignanis in hoc quoque commate, quod usque ad tempora Schulensii difficultate laboravit haud exigua. Is vero propriam verbi עָוָר notionem ex Arabica dialecto feliciter eliciens, *exulcerandi* ideam primam posuit, ex qua *spernendi* tritissima in Hebraismo effluxit significatio. Hoc vero in loco, ubi morbi Elephantiasis pertinacissima describitur vis, haud dubitabitur quid sit: *cutis mea redit i. e. lanatur, sed denuo exulceratur*. Igitur longe aliam in mentem quam noster transtulit: *minun nahkani on ahwettunut ja hyljyxi tullut*, reddenda est textus sententia: *minun nahkani paranee, vel ahwettuu, ja jállens repee*.

— vers. 13. In transferendo אָרְוָה de *querimania mea* multi Alexandrinum & Vulgatum sequuntur. *loquens mecum*. Lutherus verba *wenn ich mit mir selbst rede* ad sequentem retulit verbum, noster vero retinuit in hoc commate: *koska miná itzelláni puhun*. Friget vero hoc modo oratio, licet negari nequeat, רָוַח proprie *crescere*, tropice loqui, *proloqui* sæpius significare. Hinc autem non infrequens est *querendi* & *meditandi* notio. Contextus ipse docebit, quænam sit eligenda. Per integram noctem acerbissimos corporis dolores expertus Jobus non potuit non in *querelas* erumpere, sed expectabat quandam *levationem* ab ipsis in lecto & somno. Est ergo vocabulum *walittuxifani* præferendum.

— vers. 20. Verbis *miná olen syndiá tehnyt* ad litteram quidem textus exprimitur, sed universam Jobi apologiam attente consideranti patebit, eum concessive tantum & conditionaliter verba hæc protulisse: Si *peccaverim*, vel, esto me peccasse, prout bene Schultensius, Dathe, aliique bene multi exposuerunt. "Nondum concedit vitium a se commissum ne in sequentibus quidem orationibus" Doederl. Fennicæ ergo metaphrasi addatur particula: *jos* — —

Cap. 8: vers. 12: Explicationis causa addidit noster vocabulum *korjatan* cum Luthero & Sveco Antiquo: *che denn man Heu machet, förrán man hó bergar*. Illius autem additamenti nullum in textu cernitur vestigium, ut potius expresse dicitur, papyrus sive arundinem præ defectu aquæ arefcere citius quam aliæ herbæ. Vulgatus rite dedit: *ante omnes herbas arefcit*. Dathe: *prius quam alia gramina*. Fennice erit, *Ennen kuin kaikki muu ruoho*.

— vers. 17. Absque omni necessitate, quin etiam contra linguæ genium & parallelismum manifestum, a Vulgato discescit Lutherus cum suis: *Seine Saat siehet dicke bey den quellen* — Fenn. *Hänen juurensa seisoo paxuna láhten tyköná*. Multo rectius Vulg: *super acervum petrarum radices ejus densabuntur* — — Siquidem nomen *ל*: א *ל*: א *volvere* descendens promiscuo teritur usu *fluctuum* & *acervi*, nunquam autem de fonte & scaturigine sumitur. Hoc autem in contextu, cujus alterum hemistichium *domum lapidum* h. e. murum lapideum exhibet, nullum oriri potest dubium, quin *acervus* s. tumulus quicumque, in quo radices suas figere solent plantæ variæ, significetur, adeoque nostro idiomate *Kiwiromio* exprimi debeat; ceterum vero verbum *ל*: א *ל*: א *implexæ sunt* incommode transfertur: *seisoo paxuna*. — Alteram quoque partem versiculi male intellexit vernaculus una cum autesignano suo: *Sein Haus auf Steinen* — *Ja huonet kiwein páállá*, quasi dicentis scopus fuisset, ædem lapidibus constructam intendere. Elegan.